

1319. in Mayo.

Ex Herat. Lappocini.

337.

103

Proinde Nos Navoius Palatinus Sandomiriensis &c. Nostra bona in
usus meliores cupiens commutare, ac etiam inspectis fidelibus servi-
tiis, discreti Viri Sandomis, Nostri Fidelis Camerarii, quod nobis mul-
tipliciter exhibuit, et adhuc in posterum tenebitur exhibere, silvam
Nostram in Proginia iure hereditario, nos tangentem Tencinio, vul-
gari nomine nuncupatam, de mera ac libera voluntate consilioque
salubri indulsimus et concessimus extirpandam, ac ibidem villam
iure Theutonico, quo civitas utitur quae Novumforum insilesia ^{Novum} _{forum}
nuncupatur collocandam, &c. Si quis hominem propter aliquod
commisum in villam predictam affugerit, sine cuiusvis impe-
dimento duabus Septimanis, tranquillitate pacis Domini Ducis
Cracoviensis et nostra, perfruetur. Actum Publice Cracoviae Anno
1319. In die Ascensionis Domini Presentibus Comite Adam Ju-
dice Cracoviensi, Comite Petro Vexillifero Cracoviensi Comite Petro
Iudice de Polonia, Nicolao Krywosad Gregorio de Pisary. Da-
tum per manus Domini Venestai Capellani domini Navoi
Palatini Sandomiriensis. (Mapieregi Topor.)

